



525


# PAVLI RICII.

Lepida & litere vndiqꝫ con  
cinna in psalmū Be  
atus vir medi  
tatio.

Concisa & archana de mo  
do orandi in nomine  
Tetragramaton  
responso.







030029498



sed inani & m  
nitar quos nul  
lectat: sed bull  
sam parietis in  
solisq; terreni  
est oppido me  
mo vero expr  
diuina & illa  
quus & multu  
tionem non co  
est / stolidumq;  
corporis oblec  
celitudinem &  
quin protinus  
blandimenta fl  
ditio permiser  
ad ccelestia / &  
q; sublime bo  
tis acie attinga  
la. ¶ Quum ig  
modi beatitud  
primis in ipso  
fixit & librum  
ceteri sequent  
eloquia sicut v





Ominū genus ad veritatem / eternā  
q̄ beatitudinem nascitur: quā non  
lubrica & fluxa hac terrenorū com  
pagine sed in sublimi / & archetypa  
rerū machina / ipsoq; omniū bono  
rum summo assequimur. Vana si  
quidem & puerorū crepundijs si  
milima sunt cuncta quę sensu hic  
cernimus; & dum eorū tantopere  
oblectamur illecebris / quippe non  
rebus ipsis ( vt nobis presumitur )

sed inani & nugatorio quodam simulacro fruimur / paruulorū  
instar quos nil graue / nil serium / & quo vere fungimur in vita ob  
lectat: sed bullulę crepitaacula / architeq; tabella / ac ludus ad vmbro  
sam parietis imaginem & qui istiusmodi sensuū studuerit delicijs  
solisq; terrenis pascatur vmbra culis paruulus sape & cęcutiens  
est oppido mente corpore quidem effigiem gerens humanā / ani  
mo vero expressam pecudis referendo imaginem quemadmodū  
diuina / & illa Dauidica conclamant oracula. Nolite fieri sicut e  
quis & mulus quibus non est intellectus. & illud Homo qui in  
honore non cōmoratur assimilatus est iumentis. Insiptens quippe  
est / stolidumq; pecus / qui dum ludicra / & mox prętereuntia hęc  
corporis oblectamenta / ad immensam cęlestiū spiritualiūq; rerū  
celsitudinem / & ineffabilem superne vitę dulcedinem contulerit /  
quin protinus hęc ipsa sordida quidem / ac letifera caduci orbis  
blandimenta floccipendat / & calcato / quantū misera nature con  
ditio permiserit / propulsoq; omni prauę cupiditatis irritamento  
ad cęlestia / & empyrei globi lumina vertat / tollatq; intuitū: ipsū  
q; sublime bonum / pulchrū / oblectabileq; in summo erecta men  
tis acie attingat / amet possideat fruatur deniq; per immensa se  
cula. ¶ Quum igitur vnicū psalmographi desideriū sit / ad huiusce  
modi beatitudinis culmen perducere genus hominū / hanc ideo in  
primis in ipsoq; psalmorū exordio (veluti sagittarius signum) prę  
fixit & librum sua statim fronte beatitudinis notione aperuit: quā  
ceteri sequentes psalmi / quemadmodū & vniuersa prophetarum  
eloquia sicut vltimū profectū sinemq; mortaliū concernūt. nos

Psal. 31  
Psal. 48.



igitur hunc primū in psalmorū ordine (quo attenti reddamur / do-  
ciles atq; beneuoli) in primis patefacere / & quantū ingenij nostri  
facultas permiserit enodare conabimur / eiusq; sicut & aliorum  
qui deinceps sunt psalmorū literalem dumtaxat intellectū & iux-  
ta verborū sonum pollicemur. non quidem vt soleat pleriq; tum  
catholici quidam / tum exorbitantes Iudaicę synagoge interpretes  
qui verborū sonum ad sua potius preconcepta q̄ conceptus ad  
verborum sensum aptare trahereq; nituntur. hi quidem ex perui-  
caci & hostili christianę veritatis contemptu; illi vero ex immode-  
rato euangelicę pietatis affectu. non enim mendica / aut quoquo-  
modo violenta eget suasionē veritas orthodoxa / quę lo cupletissi-  
me aliunde / & varijs quidem non minus nature sensibiliūq; rerū  
experimentis q̄ euidentissimis sacri eloquij documentis conuin-  
citur quę omnia sedulo insipienti in promptu quidem sunt / &  
Christi sunt omnia plena. Quapropter non extorquenda sed lite-  
rali tenore ( a quo solum trahere licet argumentū) seruanda pro-  
phetarum charismata censui. quibus sic prelibatis / mox ad primū  
psalmorū (superū nutu) enodandum accedimus.

**Q**uoniam vero hunc primū in psalmorū ordine / vti pro-  
hemium atq; omnium sequentiū exordium esse voluit in eo  
idcirco omnia quę æternam huiusq; sæculi conferunt  
salutem & ea quę perpetui & caduci sæculi miseriam  
tribuunt / prefiguratum / & breui quodam compendio depinxit  
& quasi in summa dixerit beatus ille erit / qui mala refugit / & bo-  
na prosequitur. Ad quę presentis quoq; sæculi cōmitatur prospe-  
ritas quemadmodū ad eorum contraria & huius & æterni sæ-  
culi miseria sequitur. ¶ Quorū omnium causa & ratio est / q; ipse  
omnium sæculorū rex deus bonis presto est / malis vero delitescit.  
¶ Tria igitur sunt / quę psalmus hic nititur. Primo quę sit & abi-  
cienda & seruanda beatificandi viri conditio. ¶ Secundo similitu-  
dine explicat q; per eadem / quibus æternam adipiscimur beatitudi-  
nem; huius quoq; sæculi successus assequimur eisdemq; nes-  
glectis in ytriusq; sæculi miseriam habimur. ¶ Tertio verū omnium  
predictorū argumentū / causamq; assignat. ¶ Primū itaq; duo cō-  
memorat / quę omnino beatifica conditio assequenda deposcāt. s.



mala refugere / quod nature ordine obsecrandū est prius: & pro  
 sequi bona / quod adimpletur posterius. Hic autē vt enucleatius  
 intelligas. Cur psalmista ambulare prohibeat cum impijs / stare  
 cum peccatoribus / sedere cum irrisoribus parumper in tria pec  
 catorum genera digrediendū censui. Refugienda igitur mala didi  
 mus ea omnia quę beatitudini adipiscendę præbent obstacula. præ  
 bent vero obstacula omnia / quę virtuosam & meritoria huma  
 ni operis perfectionem tollunt corrumpunt aut minuunt: Id autē  
 facti ablatio / aut corruptio / vel diminutio eorum quibus perfe  
 ctio operis dependet humani. dependet vero a perfectione tribus  
 anime humane actibus inherente. velle: scire: & posse. velle volū  
 tatis / scire intellectus posse motiue seu executiue virtutis sunt as  
 ctus. quorū vnus si defuerit / aut corrupte vel diminute prodie  
 rit esse quidem poterit operatio / virtuosa autē vel salutaris mini  
 me. ¶ Iuxta harum trium potentiarū earundemq; operis lapsum  
 tria malorū / seu peccatorū emergunt genera / & licet omēs eiusce  
 modi anime potestates reciproce cooperent ad virtutem / & mu  
 tua ad vitium ope conspirent quatenus tamen vna / & nō alia po  
 tiorē prebet occasionem delicti / eatenus aliud: aliudq; peccati  
 genus resultat. Quum enim primū inter has anime vires mouens  
 fuerit arbitrium & nulla ignorantia aut corrupto vel diminuto  
 opere inquinata fuerit voluntas / qualis sola nudaq; erat casus an  
 gelorum culpa / tunc illud quod irremissibile / & in spiritu sancto  
 vocant peccati genus oritur. iuxta illud Apostoli. voluntarie enim  
 peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis iam nō relin  
 quitur pro peccatis hostia. Ad qd' conuertit illud Matthei omne  
 peccatū & blasphemia remittitur hominibus / qui autē dixerit ver  
 bum contra spiritū sanctū non remittetur ei neq; in hoc neq; in  
 futuro sæculo. ¶ Si autē voluntas quantū in se fuerit honesta de  
 sideret / nec contranitur motiua facultas sola intellectiua poten  
 tia sensilium & fantasmatū obnubilata simulacris in culpa deli  
 cti / tunc scdm quod mortale (remissibile tamen) peccatū appellat  
 oritur. quo peccati genere plurimi quidem infidelium / & tota ser  
 me Iudeorū synagoga delinquant. Iuxta illud Aposto. obscura  
 tum habentes intellectū alienati a via dei per ignorantia / & illud  
 de Iudeis testimoniū enim perhibeo illis q̄ emulationem quidem

ad Hæ  
 bre: 10  
 Math. 12

Ephe. 4.  
 ad Ro  
 man. 10

A iij



Ad Ro-  
ma. 7

Ad Ro-  
man. 8.

dei habent / sed non scdm scientiam. ¶ Si vero nec voluntas nec  
intellectus : sola aut vis motiue & carnis repugnantia potissimā  
occasionem prebuerit delinquendi / veniale & minime mortiferū  
peccatū gignitur. Iuxta illud Aposto. nam velle adiacet mihi perfi-  
cere aut bonum nō inuenio. Video enim aliam legem in membris  
meis repugnantem legi mentis mei. Velle enim voluntatis rectitu-  
dinem ostendit : lex vero mentis intellectus veritatem designat : alia  
aut in membris lex carnis contranientiā enunciat. ¶ Duo aut hic  
aduerte licet omnium venialium peccatorum potissimum in culpa sit sensu-  
uum illecebre q̄ creatura (vt Aposto. loquitur) vanitati subiecta  
est non volens. nō tamen omne peccatum ex carnis stimulo ortū  
est veniale. multotiens siquidem id genus culpe expresso volunta-  
tis & intellectus opere concomitante peccatū producit mortale.  
¶ Id insuper ne pretereas motiua seu executiua potestas in opere  
theologico quod fide spe & charitate prouenit potissimum fundat  
in pratico intellectu cum virtute tamen participando irascibili. In  
opere aut morali potissimum sortitur fundamentū in irascibili cū  
pratico tamen participando intellectu. his ita perspectis dicendū.  
¶ Primum malorum quod irremissibile peccatorum genus appellant so-  
let euestigio (tanq̄ pestifera rapida q̄ lues) : omnem in sempiter-  
ne mortis derudere caliginem / hec est impietas ipsa / que quidem  
nec inscicia / nec humana imbecillitate / sed prauo dumtaxat libero  
q̄ voluntatis imperio aduersus deum hominemq̄ nititur : quem  
admodū ediuerso pietas est qua deum hominemq̄ colimus nec  
spe premij / nec pœne formidine sed sincero voluntatis imperio / at  
q̄ virtutis amore. ¶ Secundū malorum genus quod mortale pecca-  
tum vocant non statim a primordio / sed cum aliquantisper mo-  
ram contraxerit perimit vt peccatū qd̄ vel inscicia vel carnis mola-  
li se oritur. ¶ Tertium malorum genus nec statim / nec cū aliquantulo  
more / sed quum longe modū excedat / eiq̄ plurimū ocli actor im-  
pendat interimit / ex se qdem nil pariens turpitudinis aut noxij / sed  
fessos interdū spiritus reficiendi voto & irridendi iocandique more  
cōmittitur. ¶ Tribus ergo his malorum generibus tria euitanda ad  
salutem in psalmo respondent. Ambulare cum impijs. stare cum  
peccatoribus. sedere cum irrisoribus. Cum impio enim quem oc-  
cupat ipsa pestifera & omnium malorum coagulū impietas / nec quo

quomodo ambo  
eo q̄ illico inqu  
spe ablata / duc  
occupat maloru  
dum id tamen pa  
quando quidem  
qui faciat bonū  
peccati non habet  
die iustus. mox t  
miraculo permit  
ram traxerit. dem  
ditionis limites n  
fuit statio que p  
¶ Cum irrisoribus  
retorquet aut am  
dum : quinimo v  
nino permittendū  
suppeditare obic  
ergo malorum ge  
nuit dicendo [ B  
consilium attribe  
aliena oblectant  
lij veneno inquir  
malorum genus ex  
stetit ] Viam dic  
via patens est pe  
est necesse. ire igit  
re autem volunt  
aufugiendum  
sedit ] Nam sta  
spem æterne sal  
risorij actibus  
vel sedem accom  
ad beatitudinem  
des / & genus or  
dipes fierent act



quomodo ambulare: nedum stare & longe minus sedere fas est/  
eo q̄ illico inquinat/ adq; perennem omni ferme restaurationis  
spe ablata/ ducit interitum. ¶ Cum peccatore vero (quem scdm  
occupat malorū genus) ambulare tametsi minime sit permitten-  
dum id tamen prohiberi lubrica mortalium natura vix patitur:  
quandoquidem non est vir (vt Salomo loquitur) iustus in terra  
qui faciat bonū & non peccet. & si dixerimus (inquit Ioan.) quia  
peccatū non habemus ipsi nos seducemus. Septies enim cadit in  
die iustus/ mox tamen post casum resurget quod minime & nisi  
miraculo permittitur impio. q̄ si in p̄cipitio & casu peccator mo-  
ram traxerit. demū nec ipse resurget/ esset igitur ultra humane cō-  
ditionis limites non ambulare in via peccatorū/ sed prohibenda  
fuit statio que per facile & iuxta nature morem euitari potuit.  
¶ Cum irrisoribus aut ioculatoribusq; quos tertiu malorū genus  
retorquet aut ambulare/ aut aliquando stare haud quaq; phiben-  
dum: quinimo (vt prostrate interdum relipiscant anime vires) om-  
nino permittendū. Sedere vero & derisorijs actibus plurimū ocij  
suppeditare obicem prebet/ & spem tollit æterne salutis. Primum  
ergo malorū genus in ipso statim primordio abiciendum admo-  
nuit dicendo [ Beatus vir qui nō ambulauit in cōsilio impiorū ]  
consilium attribuit impijs q̄ impius quem non modo sua sed &  
aliena oblectant crimina alios letifera suggestionē & dulci consi-  
lij veneno inquinare atq; in lubricum trahere molitur. ¶ Secundū  
malorū genus euitandū cōmemorat [ & in via peccatorum non  
stetit ] Viam dicit peccatorū q̄ caducum & inane hoc sæculum/  
via patens est peccatorū/ qua vniuersum mortaliū genus transeat  
est necesse. ire igitur in via peccatorū nature lege impellimur: sta-  
re autem voluntatis imperio cōmittitur. ¶ Tertiū malorū genus  
aufugiendum enunciat [ Et in cathedra (vel sede) derisorum non  
sedit ] Nam stare/ nedum ambulare cum derisoribus non tollit  
spem æterne salutis/ sed sedere/ & plurimū ocij scurrilibus/ & de-  
risorijs actibus impendere: sessionis autem & more loco cathedrā  
vel sedem accomodati nemo ignorat. ¶ At quoniam non satis est  
ad beatitudinem consequendam mala refugere/ sic enim & pecu-  
des/ & genus omne iumentorū (q̄ nullius criminis sunt rei) parti-  
cipes sicerent æterne salutis/ sed cum hoc requirit vt id quo belluis

Ioan.  
Ede.



prestantius est genus hominū. I. mens ipsa humana sū exercet  
actum eius vero actus in sola voluntatis & intellectus operatio-  
ne consistit. Voluntatis operatio est velle desiderareue/ intellectus  
vero meditari. desideriu voluntatis summū bonum efflagitat. &  
intellectus meditatio intelligibile summū petit. Summū autem in-  
telligibile nil aliud est q̄ dei verbum sapientia seu æterna dei lex/  
& summū bonū quod voluntas desiderat idipsum est (nō tamen  
hec ipsa) q̄d æterna dei sapientia & lex. hos igitur humane men-  
tis actus quibus secunda beatificandi viri conditio peragitur do-  
cet propheta dicendo ¶ Sed in lege domini voluntas ¶ (rectius de-  
siderium) ¶ eius ¶ quod voluntatis est actus circa bonū pulchrū  
q̄ in summo ¶ Et in lege eius meditabitur ¶ quod operatio est in-  
tellectus circa omnī intelligibiliū primū. Vocat autem propheta  
diuinam sapientiam legem dei/ q̄ quemadmodū lex hominibus  
tradita metrum quoddam est/ & omnī microcosmi actū mo-  
deramen/ sic & diuina sapientia omnī creatorū ordo est/ qui &  
macrocosmi motus/ actusq̄ omnes disponit. hec ipsa sepe nume-  
ro liber vitę vocari consuevit/ q̄ idearum forme sic quasi inscri-  
ptę sunt diuine menti/ sicut in pentateucho & Mosaiçe legis vo-  
lumine calamo exarate sunt literę/ sed hec quidem peccati & mor-  
tis/ ille vero exemplaris virtutis/ & sempiternę vitę sunt literę. cui  
alludit illud Danielis. & saluabitur populus tunc omnis/ qui in-  
uentus fuerit scriptus in libro vitę. Nec audire hic licet per legem  
dei legem mandatorū stilo conscriptam humano/ q̄ huic legi non  
satis sit sola mentis cogitatio/ sed ipsa operis exhibitio deposcitur.  
Superne autem legi satisfactio vnica & pura mentis meditatio iux-  
ta illud psalmiste. Vitam quia lex tua meditatio mea. & illud Cō-  
cupiui salutare tuū domine/ & lex tua meditatio mea. Et custodiā  
legem tuam semper & in sæculum sæculi: quod nemo vtiq̄ sane  
mentis de hac lege mandatorū audiendū esse presumet. Verū qui  
æternam dei legem inhiat/ eamq̄ meditat/ legem proculdubio  
mortalibus a deo traditam pariter colet meditabiturq̄/ tanq̄ eter-  
nę legis imaginem. His igitur quę sit & abiicienda & prosequens  
da beatificandi viro conditio sumatim accipito ¶ Et erit tanq̄ li-  
gnum ¶ Quod autem horum obseruantiam huius quoq̄ sæculi cō-  
mittatur prosperitas quemadmodū & eorū contemptū damno-

si miseria sequi  
homo nam q̄  
a reuera dicit  
modū fra. Et  
ciferi ligni pro  
& aquarū con  
perpetuam vici  
mi labores que  
vt que ad vici  
reuerent. homin  
corporis & exte  
q̄ aduenticia vt  
do inquit ¶ Et  
¶ tanq̄ lignum  
est ad ritulos a  
tionem æternę  
tis vt veritas lo  
horis a loco vbi  
gis coalescat: sic  
pore vbi non  
Quemadmodū  
ad umbram hum  
tione resultat  
æternę. ¶ quo  
sectam coales  
eius ¶ (quo q̄)  
fluet ¶ lex afflu  
uenticia & min  
eiet prosperab  
quam firma s  
æternorū q̄ bon  
altem referun  
uenticis afflu  
tudente circa  
consimile & H  
neditus vir q



sa miseria sequitur / ipsa hominis cum planta similitudo declarat  
homo namq[ue] (vt de iuuentute & senectute libello colligimus) plan-  
ta reuerfa dicit / eo q[uod] eius radix complantat in superis / quemad-  
modu[m] fructiferi ligni in terrenis. plantę igitur tam humane q[uam] fru-  
ctiferi ligni prosperitas non pendet aliunde nisi eo q[uod] ad riuulos  
& aquaru[m] conferunt fluenta. hęc quidem ad supercoelestem &  
perpetuam uiuentiu aquaru[m] scaturiginem. illa uero ad aquas hu-  
mi labentes que terreno & intercepto erumpunt abyfso. quo fit  
vt que adu[er]sus plantę spectant complementu[m] prospere cuncta  
eueniant. homini quidem singula trium bonoru[m] genera animi. s.  
corporis & externa. fructifero autem ligno fructus folia cętera  
q[uod] aduenticia vt flores gumi sarmenta & id genus hęc igitur docen-  
do inquit [ Et erit ] .s. vit ille qui mala refugit & bona profequit[ur]  
[ tanq[uam] lignum ] videlicet fructiferum [ quod ] transplantatum  
est ad riuulos aquaru[m]. sic enim vir iustus per delideriu[m] & medita-  
tionem aeternę dei legis transplantabitur ad fontem aque salien-  
tis (vt veritas loquitur) in vitam aeternam. Transplantatio est ar-  
boris a loco vbi fata fuerit ad aliu[m] translatio vt facilius & ma-  
gis coalescat: sic fata est mens hominu[m] in terreno & squalido cor-  
pore / vbi non coalescit nisi conuersa & transplantata in superis.  
Quemadmodu[m] igitur plantę consertio in terrenis plantationem  
adumbrat humanā in celestibus / sic vtiq[ue] effectus qui ex planta-  
tione resultat superna / representabitur per effectum plantationis  
terrenę. [ quod fructu[m] suum dabit in tempore suo ] quu[m] ad per-  
fectam coaluerit non precocem : neq[ue] serotinu[m] dabit fructu[m] [ &  
eius ] (quo q[uod]) [ folium ] quod est fructus tegmentum [ non de-  
fluet ] ex assiduo quo pabulatur humore [ Et quecunq[ue] ] .s. ad-  
uenticia & minus a natura intēta vt flores gumi / sarmenta [ fa-  
ciet prosperabuntur ] sic transplantationem humanā in superis  
quam firma & exacta iam fuerit tunc animi dotes / corporis / ex-  
ternoru[m] q[ue] bonorum comittantur successus / animi bona similitu-  
dinem referunt fructus corporis representat folium / arboris ad-  
uenticijs / assimilantur externa. ¶ Quum uero grande diuine pro-  
uidentię circa humana gubernacula sacramentu[m] hic latitat / aliud  
consimile & Hieremię ore proditu[m] recensero oraculu[m] / ait enim be-  
nedictus vir qui confidit in domino & erit dominus fiducia eius /

B

Iohā. iij

Scitu[m] di-  
gnu[m] de  
diuina p-  
uidencia  
sacramen-  
tum.

Hier. 17



Deute  
10.33

& erit quasi lignum quod transplantatur super aquas / quod ad humorem mittit radices suas & non timebit quum venerit estus & erit folium eius viride & in tempore siccitatis non erit sollicitum / nec aliquando desinet facere fructum hęc Hier. ¶ Quod ait Bene dictus vir qui confidit in domino / conuertit ad illud Beatus vir cuius voluntas & meditatio est in lege domini / quando ista fiducia / solum ipsius domini & non extrinseci emolumenti causa fuerit. Exinde vbi subnectit / & erit quasi lignum / similitudine ostendit qd confidentiam in domino huius etiam seculi committatur foelicitas. ¶ transplantatio ¶ (vt prius tradidi) spiritualis regeneratio is sacramentū designat. ¶ Tu igitur si sapias aduerte / quemadmodū non transplantati ligni ariditatem minime efficiunt aque. Verum id ex aquarū absentia efficit estus. sic & tristes huius seculi euentus / non ingerunt aque superne / sed extranea causarū series / quibus obuiant mortales / quotiens abscondita est facies domini. iuxta illud Mosaicum / & abscondā faciem meam ab eo & erit in deuorationem. s. per modum sequele / quemadmodū nauis absentiam causam dicimus naufragij / cuius presentia est causa salutis. Stulticia nāq; hominis (inquit Salomon) supplantat gressus eius / & contra deum feruet cor suum / & quod naturali indagine cognouit vir ille gentilis dicendo. Sapiens dominabitur astris. Hieremias diuino afflatu docuit / inquiens a signis coeli nolite metueret / a quibus metuunt gentes / & huius mysteriū totum reuelat cariticum. Qui habitat in adiutorio altissimi. Tu igitur hęc tecum reuolue; & modum quo diuina prouidentia humana respiciat gubernacula / clara intelligentia apprehendere poteris. ¶ Non sic impij / sed tanq; puluis ¶ (rectius stipula) ¶ quam proicit ventus. ¶ Nam quemadmodū predictorū obseruantiam huius & futuri seculi committatur prosperitas / sic ad harum contemptū vtriusq; seculi miseria sequitur. Primo igitur presentis seculi miseria exponit. Deinde (vbi legitur ideo non resurgent) futuri seculi damnationem commemorat. Prīmū designat dicendo nō sic. id est ¶ nō sic impij ¶ sicut iusti plantati in superis / qui super cœlesti irrigati humore nō timent cū venerit estus ¶ sed tanq; stipula ¶ que nullius transplantationis & nullius capax est alimenti miserabiliter huc illuc vento agitur. qd si forte ad aquarū riuulos pulsa aliquan

relam hūmoris pa  
minime esse poterit  
palarem q; red  
ferre diuina vol  
repe non erit hęc  
(inquit Job) hūm  
stam. ¶ Tu autem  
do non sic impij  
l miseriam comm  
ait. ideo non resur  
tione iustorū. rati  
& funditus vt imp  
das est stipula. qd  
unum viroris par  
similis est peccator  
meti non illico ex  
ris spacium (nulli  
tate arido ue con  
tionis spes / reliq;  
& pretereunt hęc  
euentus / quod tan  
ordo fieri perm  
struit est integr  
dumtaxat hęc pro  
seculi miseria pa  
gent impij in iudi  
ex eo enim qd imp  
riuos sequitur  
cio resurrectione  
genus sed non o  
in gloriosa. s. cor  
ideo impij & pec  
congregatione i  
storum / & via in  
omnium predict  
qua iustus sit ve



ulum humoris particeps efficeret / diuturne tamen permanentie  
minime esse poterit breui enim putrescit / & mox in corruptionem  
pulueremq; redigitur. Sic & impius si ex certa forsitan causaru  
ferie (diuina voluntate permittente) aliquid foelicitatis potitur ter  
rene / non erit hec longeva & statim mutabit nubila vultum. Vidi  
(inquit Iob) stultum firma radice & maledixi pulchritudini eius  
statim. ¶ Tu autem attende q; hic solū exprimitur impius dicen  
do non sic impij. Peccatorem vero conticescit / at vbi futuri sæcu  
li miseriam comemorat / impiū simul & peccatorem enunciat dū  
ait. ideo non resurgent impij in iudicio / & peccatores in congrega  
tione iustoru. ratio est q; peccator vt expositū est non ita statim  
& funditus (vt impius) euellitur a superis. & ideo nō comparan  
dus est stipule / que prorsus euulsa nullius deinceps germinis ac di  
uturni viroris particeps fieri potest. Sed (iuxta Hier. documentū) Hier. 13  
similis est peccator mirice in deserto / & terra saluginis : que ta  
meti non illico extirpetur & arescat / tamen post aliquod tempo  
ris spacium ( nisi interea transplantata fuerit ad aquarū fluentia )  
tabe / aridoue consumitur / vt nulla exinde fructifere transplanta  
tionis spes / reliqua esse possit. Sic vtq; contigit vt in obnubilata /  
& pretereunte hac luce peccator prosperos & diuturne sorciatur  
euentus / quod tamen omnimode impietatis viro minime rerum  
ordo fieri permittit. malū enim (inquit philosophus) seipsum de  
struit etsi integrum fuerit / erit importabile / quapropter impium  
dumtaxat hic profert & peccatorem silentio inuoluit. Futuri autē  
sæculi miseria pariter condemnat vtrunq; & ait ¶ Ideo non resur  
gent impij in iudicio & peccatores in congregatione iustorum ¶  
ex eo enim q; impij nec peccatores transplantati sunt ad aquarū  
riuulos sequitur q; non replantari possint / nec resurgere in iudi  
cio resurrectione iustoru. omnes enim (inquit Apostolus) resur  
genus sed non omnes immutabimur : solum autē immutabuntur  
in gloriosa. s. corpora electi. literę igitur contextus legendus est.  
ideo impij & peccatores quando iudicabuntur non resurgent in  
congregatione iustorum. ¶ Quoniam nouit dominus viam iu  
storum / & via impiorū peribit. ¶ Hic tertio & vltimo loco verā  
omnium predictoru causam assignat proinde ac si dixerit ratio  
qua iustus sit veluti lignū transplantatū ad aquarū riuulos : sitq;  
B ij

Iob. 5.

Hier. 13

Ethi. 4

1. corin  
thio. 15



1. cor. 14.

In hoc & futuro seculo foelix impius vero tanq̄ stipula & per  
petue miserie obnoxius / ratio inq̄ est / quoniam deus cognoscit.  
id est adheret vie iustorum (vt illud Adam vero cogitavit vxor  
rem suam Eua) & quia non cognoscit iter impiorum ideo fru  
stratur & perit. Si quis enim ignorat (inquit Apostolus) ignora  
bitur / qui ignorabitur / abscondet ab eo facies domini / & a quo  
domini facies absconditur / deuoratur & perit / Nam quemadmo  
dum scientia nostra de superis nexus quidam est & vnio cum su  
peris / quam vnionem rerum prosperitas consequit̄. sic ignoran  
tia nostra de superis interstitium est & diuortium nobis cum su  
peris ad quod deuoratio & huius & futuri seculi miseria com  
mittatur / quia abscondita est facies eius / cuius presentia ab omni  
maloru euentu protegimur. Causa autem qua vni & non alteri  
adhereat dei spiritus / est ipsa assimilatio / adheret enim simili simi  
le: fit autem assimilatio per conformitatem nostri conceptus con  
ceptui diuino: conceptus nostri conformitas resultat ex eo / q̄ ea  
dem pro modulo nostro concipimus / que menti diuine insunt /  
que & dei verbum / dei sapientiam eternamq̄ dei legem nuncu  
pamus. Eternam igitur dei legem (per fidem. s. formatam) medi  
tando conceptuū conformitas gignitur. conformitate assimila  
tio: assimilatione adhesio: adhesionem rerum sensibilibum prospe  
ritas / & consumata eterni seculi foelicitas. ad q̄ scribitur. Veni  
ant mihi miserationes tue & viuā / quia lex tua meditatio mea.

Psal. 118.

FINIS

RES

AD IN

den



Veni  
& qu  
preca  
Mof  
tr  
ipfa adheretis iura  
ri accomodate pro  
hilio seruitutem  
halem & non fer  
sunt adhesionem  
(Nam quemadmo  
quouis corporis  
tus spiritus sp  
vel atre hils inter  
eus a spiritu cog  
borum genus co  
tacula que tali el  
ceptum per aliq  
tu de promere p  
vita est prima in  
& illi adheret  
nis q̄ libidinis  
sa mundi corpo  
obedientia men  
mens humana  
quidem nedum  
fidei vnio de q̄  
sinapis. dicitis  
litas illa quam



# RESPONSIO

## AD INTERROGATIONEM

de nomine Tetragrammaton.



Veritur de Tetragrammaton nomine quam lege  
& quibus literis vocibusq; pronuncianđū sit vt de-  
precantis exaudiatur oratio / ad hoc respondeant illa  
Mosaica / decimo Deuteronomij oracula. Deum te-  
tragrammaton deum tuū timebis & ei seruias,  
ipsi adherere iurabisq; nomine illius. Iurare ergo seu rite & ope-  
ri accomodate proferre nomen dei adhesionem expostulat / ad-  
hesio seruitutem cultumue / seruitus requirit timorem scilicet fi-  
liale & non formidine pœne. Timor autem & seruitus p̄c̄uia  
sunt adhesionis dispositio iurare vero adhesionem consequitur.  
¶ Nam quemadmodū humane mentis conceptus / nec lingua / nec  
quouis corporis gestu motuue exprimitur / nisi motivarū virtu-  
tum spiritus spiritui adheret cogitationis. q̄ si aliquid pituitē /  
vel atrē bilis interstitium mediat & separat motiue virtutis spiri-  
tus a spiritu cogitationis Vnde litargo stupore paralisi & id mor-  
borum genus corporis occupantur artus / tunc illa corporis par-  
ticula que tali est synthomati obnoxia nullum prorsus mentis cō-  
ceptum per aliquam membrorū gesticationem / nec quouis mo-  
tu deprimere poterit. Sic & ipsa mens mortalitū / cuius anima &  
vita est prima intelligentia & mens diuina (iuxta illud Deutero. Cap. 30.  
& illi adhereas ipse est enim vita tua) quando sensilium rerum car-  
nisq; libidinis interstitio non adheret menti superne / Cui vniuer-  
sa mundi corpora sunt veluti organica sibi annexa ad nutum q̄  
obediencia membra / tunc hęc ipsa quasi stupore / aut paralisi a cō-  
mens humana superne mentis conceptus & vota nec in propriū  
quidem nedum in alienū corpus effingere poterit. quia abest illa  
fidei vnio de qua veritas loquitur Si habueritis fidem sicut granū Mar. 16.  
sinapis. dicetis monti huic transi hinc & transibit / abest & credu-  
litas illa quam sequitur illud euangelistę In nomine meo demo-



nia eijcient linguis loquentur nouis. Cum autem vita morumq;  
mundicie interitū illud ablatū fuerit illico committatur adhesio/  
adhesionem vero facultas sequitur depromendi in sevel in alienū  
superne mentis conceptum & coniuRANDI in nomine tetragram=  
maton & tūc iuxta alia & alia que poscimus desideria alia & alia  
sacri nominis sit cōmemoratio. nam quemadmodū alia ratione  
vel idea producit mundi opifex aurum / alia frumentū / alia ouem  
& bouem / que tamen vnica & inexhauste largitatis scaturiūt ma=  
nantq; origine / sic utiq; ad eundem mundi & omnium seculorū re=  
gem ascendendo eiusq; implorando auxilia non iniuria sub alia  
eiusdem nominis ratione precamur / petimusq; auri copiam / alia  
sub ratione vbertatem annonę / sub alia fortitudinem / gratiā / sa=  
pientiam / ceteraq; similia. Tota siquidem adhesionis ratio in cō=  
formitate consistit nostri conceptus cum mente superna. quo qui=  
dem conformitatis arcano / fidel / scientię / orationis / meditationis  
& omnium sacramentorū vera pendet ratio. quod prisca cabalistarū  
canalium fistularū correspondentiam vocant. Nunq; enim viuen=  
tium aquarum fontis desursum per canales fistulas manantis hauri=  
rire poteris humorem nisi & tu deorsum canales erigas fistulas  
quarum adamussim orificia illarum orificijs respondeant : alio=  
quin inanem auram non superni fontis liquorem trahes a supe=  
ris. Hęc vero correspondentia & concinnitas in nobis mente / ima=  
ginatione / & corporis gestu perficitur. & licet potissimū sit inter=  
na mentis / & exinde ea que imaginationis est meditatio exterior  
tamen corporis interioris meditationis expressiua operatio quo=  
q; deposcitur iuxta illud Regum. iij. Cui cum dixisset percutete ia=  
culo terram & cum percussisset tribus vicibus stetit. ¶ Mentis  
autem operatio in meditatione consistit figure / numeri / positio=  
nisq; literarum tetragramaton / hęc ipsa adaptando nature ideis  
q; quas superne menti inesse : aut ratione / aut sincera fide depre=  
hendimus. ¶ Imaginationis operatio ipsius tetragramaton chara=  
cteres / suis cum punctis stabili conceptu effingit. ¶ Exterior cor=  
poris operatio certa vocis moderatione / & capitis / manuumq; ge=  
sticulatione peragitur. ¶ Singula vero harum operationū multi=  
formia sunt genera iuxta alia & alia que precamur & poscimus  
vota. ¶ Quales autem cuiq; votorum imprecationūq; accomo=

Cap. 13.

data sit operatio p  
ni explicandum rel  
let & me refere f  
ni arcana inq  
congenio flec  
vq; nomen tamen  
men inquit cap  
in spiritu sancto. C

Excusum A  
mundi C  
A



danda sit operatio perspicacioribus & sublimiori intelligentia vi-  
ris explicandum relinquo. ¶ Id enim cognitionis mee limites excel-  
lere & menescire fateor. Nec mihi visum est alterius nunc nomi-  
nis arcana inquirere q̄ illius quod est supra omne nomen, in quo  
omne genu flectitur coelestium terrestrium & infernorū. Quod  
utiq; nomen tametsi vulgo & omnium ore versetur nemo tam-  
men (inquit sapiens architectus) dicere potest dominus Iesus nisi  
in spiritu sancto. Cui sit laus gloria & honor.

Ad Cor  
rint. 12

Excusum Augustę Vindelicorum Impensis Sigis-  
mundi Grim̄ Medici & Marc Vuirfung.  
Anno salutifero M. D. XIX.  
XV. die Aprilis.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

100  
101

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

SERMO AD  
cris ordinib  
mittere m  
I. V  
G

LIBELL

Quisquis hono  
Diuinae capta  
Vtite praescrip  
Emensus ure  
Tu quoque quem  
Ex me, qui n  
Nemale dum ca  
Praecepto cun